



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Legatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

aut Clericus intra sex menses *cap. silaicus. de Iurepatr. lib. 6.* à vacatione Episcopus prouidet. *Vide Syl. l. c. n. 3.

8 Patronus pauper alendus ex redditibus Ecclesiae non necessarijs.

*C. Quicumque, 16. q. 7. Fum. n. 3.

9 Non derogatur Iuripatronatus, nisi id specialiter dicatur: & quidem si est Rex, Dux aut Marchio, oportet horum fieri mentionem.

LAVDEMIVM, VIDE FFVDVM,
Laus, vide honor, Vana gloria.

Legatum, vide Bona, Hereditas,
V usufructus.

1. Legatum ad vsum pium potest Papa in alium pium conuertere, & Episcopus in magis pium ob necessitatem, & aequè pium ex causa legitima consentiente hærede, & loco pio cui fuerat relictum.

*Vide Syl. Legatum 4. nu. 11. 12.

Vltimis voluntatibus Papa, & supremus Princeps derogare potest. Clem. Quia contingit de relig. dom. vide Couar. c. cum tua, de testam. n. 9.

2 Legatum ad vsum profanum potest Princeps non habens Superiorem in temporalibus conuertere in alium profanum vel pium.

3 Legatum in vsum aliquem, si non potest impleri, potest Episcopus in alium mutare.

*Vide Couar. c. 3. n. 9. de testam. Syl. l. c. n. 7. Im-
mò

mò pecuniam in vsum pium non admodum
necessarium destinata in alium pium ma-
gis necessarium mutare potest. *Coua. in c. cum
tua, de testam. n. 9.*

4 Legare non potest, qui non potest testari.

**Vide Fum. Legatum, nu. 2.*

5 Mutus legare nutibus potest.

**Vide Coua. c. cum tibi. de test. n. 3. & 6.*

6 Legatum potest quis mutare dum viuit.

** Reuocatur expressa voluntate testatoris,
& nutu etiam. Mol. d. 212.*

7 Legato principali venire accessoria etiam
pretiosiora, quidam aiunt: alij negant: certe
legato lecto, veniunt eius ornamenta.

**Vide Fum. l. c. num. 17. Syl. Legatum 3. num. 3.*

Ang. eo. 1. nu. 39.

Certe l. librorum. § ff. de leg.

8 Mortuo legatario ante legatum, nihil de-
betur.

**Fum. l. c. n. 11. vide Syl. Legatum. 1. nu. 12.*

9 Quod accrescit legato viuente legante, est
legatarij, vt leg. to gregi pecudes natae, & fun-
do legato addita pars, vel ædificium. At ac-
quisitum ex legato ante aditam hæredita-
tem, non ei accrescit, vt lucrum ex pecunia,
vel equo.

10 Vestes legatae dandæ, etiamsi legans pu-
tasset plus aut minus valere. **Vide Fum. n. 10.*

11 Legatis vestibus domi existentibus, intel-
liguntur etiam quæ apud sartorem.

**Vide*

**Vide Fum. nu. 11. Syl. Legatum 3. nu. 3.*

12 Falsa demonstratio, aut causa non viciat legatum: nec conditio quæ per legatarium fieri non potest: itaque cōditio in legato, quod nubat, si non potest sine dispensatione, rejicitur tanquam impossibilis de iure, rejicitur etiam conditio contra bonos mores.

**Falsa 3 vide Mol. d. 211. Syl. Legatum 1. n. 16.*

Rejicitur 3 habetur pro non adiecta. *Vide Mol. d. 206. 207. 208.*

13 Legatum tibi relictum à falso credente te suum esse filium, potes tenere.

14 Legatis omnibus bonis, intelliguntur etiam iura & actiones.

**Vide Couar. c. Relatum. 2. de testa. n. 1.*

15 Legatarius iuste possidet, etiam si testamentum sit nullum.

16 Legari potest spurio ratione alimentorum, & dotis, sed redit legatum ad hæredes patris: at legatum naturali ad huius hæredes transit.

**Vide vers. Hæreditas. 16. & vers. Filius. n. 30.*

17 Deportato non potest legari.

18 Alimenta danda vbi legatarius vult habitare, nisi ea legans aliud dixisset: quod si voluit domi manere, non tenetur in aliquo seruire. **Vide Fum. n. 31.*

19 Legatum factum filio computandum in legitimam.

20 Legatum annuum potest peti in principio anni,

anni, nisi aliud appareat voluisse legantem.
 21 Legata minuenda, si casu fortuito minuatur hæreditas.

22 Peccat qui non soluit legata quamprimū potest: incidit autem in pœnas iuris, si pia nō soluit intra sex menses ab insinuatione testamenti, alia verò intra annum.

*Incidit *3 Couar. c. si hæredes. de testa. n. 5.*

23 In legatis ad pias causas sufficiunt vbi que duo testes, & debentur ea etiam ante aditam hæreditatem, & hæreditate nō adita: id quod etiam de alijs legatis vsus obtinuit. *Vide Panor. cap. Relatum, de testa.* Non detrahitur autem de legatis pijs Falcidia, nisi testator dixisset, aut hæres esset pius institutus, nec Trebellianica.

*Duo *3 Couar. c. Relatum l. de testam. nu. 8.*

Debentur *3 Cou. c. Ray. §. 3. n. 11.*

Falcidia *3 Vide Couar. l. c. n. 5. 6. Fu. Legatum, n.*

49. *Syl. legatum. 4. n. 6.*

24 Sufficit legatarium esse capacem legati tempore mortis testatoris.

25 Nato filio post testamentum, valent legata si non sunt magna, aut præsumitur testatorem voluisse vt valerent.

26 Si legatum traditur à testatore fit donatio inter viuos.

27 Legatum factum Ecclesiæ intelligitur de Parochiali, nisi aliud dicatur. Debetur autem Episcopo quarta pars legatorum Ecclesijs causa.

causa pietatis: consulenda tamen in ijs recepta consuetudo.

* Episcopo } *Vide Couarr. c. offic. de testam. num. 1.*

Ecclesijs } & fraternitatibus *Couar. l. c. num. 12.* licet Abb. & alij hoc secundum negent.

28 Ad legata tenentur hæredes pro rata.

29 In legatis sub disunctione, optio erit eius ad quem verba diriguntur, alioqui legatarij.

30 Si quis legauit scienter rem alienam, hæres emet, vel dabit æstimationem: item si ignoranter legetur personæ coniunctæ, vel causæ piæ.

* *Vide Couar. cap. si filius noster, de testam. n. 4.*

31 Si rem hæredis alteri legauit, etiam ignoranter, dabit hæres, modo sit institutus in aliquo vltra legitimam.

32 Legatum puellæ vt nubat, si motitur, dabitur operi simili. *Intellige iuxta Sylu. vers. Legatum 1. nu. 12. Pernam. c. Nos quidem. de Testam.*

* *Mol. d. 249. in fin. vide Coua. c. 3. de testam. n. 11.* nisi aliud colligas ex testatoris voluntate.

33 Legatum in alterius; voluntate relictum, valet, si est ad causam piam.

* *Vide Couar. c. cum tibi. de testa. n. 11. & fauore dotis. id. nu. 15.*

34 Legatum alicui si nubat, aut si habeat filios, habebit etiam professâ Religionem: idemque est delegato causa dotis, aut donationis propter

propter
volueri
secundu
legant

* Couar
ligionis
conditi
cerdos,
sic, & no
cetur.

Idem
c. vide I

35 Con

nupsit, &
bitratu a
de non

qui nūq
citur cur
non sequ

* Con

nuptias r
tum. c. de

contraha
ind. vid. to

63. §. 9. n.
tra To Mec
36 Legati
aut Presb
* Cou. l. 1.
resol. c. 12.

propter nuptias, etiamsi legans contrarium voluerit, tenebiturque hæres in conscientia, secundum quosdam, Alij dicunt sequendam legantis mentem.

**Couar. l. 1. var. resol. c. 19. nu. 10.* in fauorem religionis, non tamen è contra qui tamen ait, conditionem, si monachus non fuerit, aut sacerdos, validam esse, si ratione aliqua munita sit, & non adhibita, vt quis à Religione auocetur.

Idem ferè *Mol. d. 207.* { Alij dicunt } *Couar. l. 1. vide Io. B. Corr. q. 190.*

35 *Conditio de nubendo in ea quæ nunquã nupsit, & consummauit, aut de nubendo arbitrato alterius in ea quæ non sit vidua, aut de non contrahendo matrimonium in eo, qui nũquam contraxit, reijcitur. Quod si dicitur cum consilio talis, audiendum est, et si non sequendum.*

**Conditio in legato viduæ. Si secundas nuptias non adiuerit, valet iure aube. cui reliquum. c. de indict. viduit. tol. at, vt nunquã quis contrahat, habetur pro non adiecta. l. vi. c. de ind. vid. toll. Vide Mol. d. 207. Cou. in 4. decis. q. 2. c. 3. §. 9. n. 11. & l. 1. var. resol. c. 19. n. 9. & 10. contra Io. Med. q. 23. de rest. Vide Fum. n. 39.*

36 *Legatũ cum conditione, si fiat Religiosus, aut Presbyter, non habebit, si non fiat.*

**Cou. l. 1. var. resolut. c. 19. n. 10. Gomez l. 1. var. resol. c. 12. n. 78. Mol. d. 207. col. 2.*

37 Legatum vt nubas cuidam, habebis etiam si nubas alteri, aut ingrediaris Religionē, aut si per te non stet quin fiat, aut ille mortuus sit.

*Mol. l. c. *Exingrediens* Syl. *Legatum* l. num. 13. *Couar. l. c. col. 7. Mol. d. 208. col. antep.* talis enim existimatur testatoris voluntas. § Aut si per te vide *Mol. l. c. in fine.*

38 Legatis mille si vxorem ducas, & centum si fias Clericus, habebis mille si fias Clericus, secundum quosdam, alij negant.

*Vide *Molin. d. 207. Couar.* multa dicit in utramque partem, negantem sequens, & testatoris voluntati adhærens, idem *Sanchez l. 1. de Matr. d. 34. nu. 13.*

39 Legatum, vt emas vestem, habebis etiam si non emas, sic legatum vt possis nubere, habebis etiam non nubens: si autem pro dote dabitur, si non nubas in opus simile.

*Vide *Mol. d. 208. col. antepen.* si non intendat inducere obligationem, vt nubas. *ibid.*

40 Legatum vt nubas cuidam si voluerit, si primo nolit, & postea velit, habebis etiam si non ducas.

41 Legatum alicui cum fuerit triginta annorum, si tunc mortuus sit, dabitur eius hæredi.

42 Legatum alicui, quamdiu erit vidua, & post eius mortem tibi si nubat, tuū est statim.

43 Legatum si castè vixerit, non amitti si nubat

bar, ali
pudicē
copula
per an
amitti.

*Vide

Cou. in 4

De ha

mulier. r

44 Leg

dioces

*Vide *F*

45 Leg

planeta

**Fum. l.*

Nau. c. 23

46 Leg

hæredis.

47 In leg

*Vide *F*

48 Leg

legio reli

*Syl. l.

49 Leg

ille comp

*Vide *C*

Fum. nu. 2

50 Legat

dari fabri

51 Legat

bar, alij aiunt, alij negant. Quod si legatum, si pudicè & honestè vixerit, non amitti nisi per copulam carnalem, aiunt quidam, alij etiam per amplexus, & oscula, & tactus impudicos amitti.

*Vide Syl. Legatum 1. q. 5. Fum. nu. 34. Mol. l. c. Cou. in 4. Decret. p. 2. c. 3. §. 9. in fine.

De hac re multa Borgninus Cauale. de vsufr. mulier. relicto.

44 Legatis equis, vel bobus dabuntur mediocres.

*Vide Fum. nu. 24.

45 Legatus calix intelligitur argenteus; si planeta verò, ferica.

*Fum. l. c. vide Couar. c. Indicante, de testa. nu. 4. Nau. c. 23. n. 62.

46 Legata re litigiosa, litigabitur sumptibus hæredis.

47 In legatis facienda ampla interpretatio,

*Vide Fum. nu. 14. Syl. l. c. 4. n. 1.

48 Legatum ad piam causam, gaudet priuilegio relicti Ecclesie.

*Syl. l. c. nu. 5. Fum. n. 45.

49 Legans creditori, in dubio videtur voluisse compensare.

*Vide Couar. in c. officij. de testam. num. 2. ita Fum. nu. 21.

50 Legatum pauperibus in communi, potest dari fabricæ Ecclesie pauperis.

51 Legata valent etiam sine hæredis institutione

tutione. *Fum.num. 50.

Addit. 3 Legatum Canonicum relictum, ipsis, non Ecclesiæ, debetur, ipsis non singulis, sed collegio: cuius legati quartam canonicam portionem habet Episcopus. *Couarr. in cap. Requisisti, de testam.num. 10. ex communi, Fum.num. 14.*

In primogenijs, & maioratibus conditio; qua in familiæ gratiam, Regulares, & Beneficij excluduntur, licita est. *Couarr. l. 1. variar. resol. c. 19. nu. 10.*

Legatum, vt fias sacerdos, vel Regularis, si nupseris, non habebis, in gratiam Religionis, & castitatis. *Couarr. l. c.*

Legatum cum fructibus debetur à tempore, quo hæres adiuit hæreditatem. *Lopez p. 2. c. 30. in fine.*

Vltima voluntas, causa pietatis, manu defuncti scripta, licet non sit coram testibus publicata, seruanda est. *Couarr. c. Relatum. 1. de testam. nu. 12.*

Legata pia à laico hærede peti possunt etiam coram Ecclesiastico Iudice. *Couarr. l. c. num. 13.*

Legatarius testatorem defunctum graui aliqua iniuria afficiens (vt si viduam eius uxorem, impudicè cognoscat) legatum amittit. *Ant. Gome. l. 1. variar. resol. c. 12. num. 56. expectanda tamen Iudicis sententia Mol. diff. 112. in fine.*

Legatum